

Continentur hoc volumine.

1. D. Job. Müllern Atheismus Devictus.
2. M. Jani Atheus refutatus et ad veram religionem conversus sub p̄sidio D. Nienāij
3. D. Kortholt de Religione naturali contra Naturalistas et Remonstrantes p̄ Lic. A. Franck.
4. D. I. Musaej questio; An ductu luminis nature et principiorum rationis homo ad salutem aeternam pertinere possit?
5. D. Petri Musaej Oratio contra Atheos cum iustitia Dei spugnare contendentes quod malis bona in hac vita contingant.
6. Bechmannij disp. de Deo quatenus ex lumine nature cognosci potest. R. Reimer.
7. Frölinojij disp. De Deo lumine rationis cognoscibili R. Lübbren.
8. M. Swiggenij disp. de Attributis Divinis an ea inter se et ab essentia differant et quomodo R. Heringes.
9. M. Hundshagen de Unitate Dei R. Wendeling.
10. M. Müller de Summa Dei perfectione R. Dommex
11. M. B. Müller de quibusdam Distinctionibus Unitatis Divinae R. Schultesius.
12. M. Spruthenij de propagine anime rationalis R. Laubingon.

Sammelband

64
26

QUOD DEUS BENE VORTAT!

De

PROPAGINE ANI- MÆ RATIONALIS

EXERCITATIO PHYSICA

Non-nemini opposita.

Quam

Consensu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ
In florentissima propter Salam Academia

PRÆSIDE

M. ARNOLDO SPRUTHE- NIO Lemgoviâ Lippiaco-Guestphalo

ad diem Ian.

publicè respondendo tueri conabitur

IOHANNES LUBTINER SUO- BOCENSIS.

IN AUDITORIO PHILOSOPHORUM
horis solitis



JENÆ

Excudebat CASPARUS FREYSCHMID.
ANNO M. DC. LII.




Praeillustribus & Generosissimis
Comitibus ac Dominis

DN. IOHANNI BERNHARDO
DN. HERMANNO ADOLPHO
DN. JODOCO HERMANNO

Fratribus Germanis
Comitibus & Nobilibus Dominis de Lippia,
Dominis meis Clementissimis

Hanc disputationem Philosophicam
humiliter demissè
offerò

M. Arnoldus Spruthe
Autor & Præses



בשם ליהוה:

THESIS PRIMA.

Rectissime Scaliger : *Nihil beatius quam scire. Nihil E* erc. 210
divinius quam discere. Nihil verae felicitati propius
quam discere. Cum verò nihil magis curæ homini
esse debeat, quam scire & cognoscere creatorem
suum, eaq; cognitio præ aliis omnibus laudem
mereatur maximèq; beata sit, illos omninò operæ pretium fa-
cere animò auguramur, qui cum literis incumbunt, aut etiam
diligentem disputationibus navant operam id, sequuntur præ-
cipuè, quò promoveri illa, vel properari possit scientia adeò
digna.

§. 2. Omnium optimè autem promovebitur, si quis fu-
tilia & inutilia exultare jubens, intra se ipsum descenderit
& interiora sua intuens, quid ipse sit, & quas vires habeat, paulò
accuratius perpenderit.

§. 3. Ita enim erit, ut homo nihil in se esse, quod non ad-
miratione dignum sit animadvertat, & quas virtutes, doctes &
ornamenta in se deprehenderit, ea longè meliora, & adeò infini-
tis partibus eminentiora, in Deo esse verè judicet, defectus au-
tem, naevos, maculas atq; etiam reliquas naturæ imperfectiones
ingenuè de se confiteatur quidem, verùm ita tamen, ut supre-
mum Numen, ab ejusmodi alienum planè, longissimèq; remo-
tum esse facile largiatur, suâq; sorte contentus omnium rerum
moderatori & conditori Deo, pro omnibus beneficiis sibi præ-
stitis, ex intimis cordis penetralibus gratias agere adlaboret.

A 4

§. 4. Etc.

§. 4. Etenim si qui domum pulchrè ornateq; fabrefactam intuetur, architecti industriam agnoscit, laudat & admiratur, quis hominum est, cui speciosissimam speciosi hujus mundi theatri statuam se ipsam intuenti, non statim de sapientissimo opifice cogitatio incidat? Apprimè hanc rem exprimit Greg. Nazianzenus orat. 2. de Theolog. *Quemadmodum, inquit, qui cytharam affabrè constructam & elaboratam conspicit, ejusq; concentum audit, ipsum cytharæ artificem mente reputat, licet sibi de facie ignotum. Ita ille, qui mundi harmoniam percipit, mundum à divino conditore & architecto, quamvis ab eo non videatur, creatum intelligit.* Ita Nazianzenus. Quæ verò ille de universo mundi theatro protulit, nos ad hominem optimo iure referri posse putamus. Est enim homo parvus quidam mundus, rotiusque naturæ æquæ ac perfectio. Unus qui superat omnia, habens quæ habent cuncta.

§. 5. Si quicquam verò est in homine, in quo cum animo quàm maximè defixum esse oportet, id animus sanè ipse est. Animum igitur nobilissimam hominis partem, exhibebimus spectandum, at habentes, si tantum de ea nobili parte perciperimus, quantum ad Deum omnis perfectionis fontem cognoscendum, atque ad laudes ejus pleno ore decantandum conducere videbitur) minimè deterriti Ludovici Vivis absurdâ sententia, (verba cæf. Scalig. nostra facimus) ait enim: *intricatum ac plenum obscuritatis negotium mentis naturam perscrutari. Quia non habemus superiorem mentem, quâ hanc contemplerur. Absurdus inquam multis de causis: non enim oportet esse vim potiorens eam, quæ aliquid intelligit. Quin è contrario superiores intelligentias, ab inferioribus, intellectu comprehendi, non inferiores à superioribus, dicunt omnes peripatetici & cum illis Plotinus.* An quomodo mens nostra cognoscit Deum? Quid est vñs apud Aristotelicos? Nonne cognitio principiorum indemonstrabilium, & cognitio formarum immaterialium. &c. Hactenus Scaliger, qui plura hac de re dicto loco.

§. 6. Multa verò de hominis animâ esse, de quibus iam seculis, eruditi magnâ animorum collisione contenti

Exerc. ad
Card. 307
N. 2.

rentionis ferram recipiārint, toti literatorum ordini abunde
satis constare autumamus. Gravissimus Seneca eò progressus
ut innumerabiles de ea esse quæstiones affirmare non fuerit ve- *Epist. 88^a*
ritus. Unde sit, qualis sit, quando esse incipiat, quamdiu sit: an
aliunde alio transeat & domicilium mutet, ad alias animalium for-
mas animasq; coniecta: annon amplius quam semel seruiat, & emis-
sa evagetur in toto. Utrum, nè corpus sit annon sit; quid sit factum cum
per nos aliquid facere desierit. Quomodo libertate sua usura cum
ex hac effugerit caveã: an obliviscatur priorum, & illic se nosse inci-
piat, postquam de corpore abducta. in sublime seces sit: aliis silentiõ
involutis, & si disquisitionem mereatur, commediori tempo-
ti reservatis, illa quæstio, unde sit ac veniat, impræsentiarum,
propter nonneminem, non erit nobis siccõ (quod dicunt) pede
prætereunda, fiat ne scilicet ac producatur à genitoribus per
generationem, modõ cum cæteris specie ab ipsa diversis. quæ
ea de re materiales in scholis Physicis dici consueverunt eõdem?
an verõ immediate à Divino Numine per creationem?

§. 7. Cum verõ posterius assertum, animas creati sta-
tuens, vobis probabilius verõq; magis consonum videatur,
prius fulcimenta quædam, quibus fultum sit, proferemus,
quam ad rationes nonneminis, prioris sententiæ patrocinium
in se suscipientis, nos conferamus, & quàm debili nitatur, ful-
crõ, paulo uberius monstremus. Verum cum nostra in lite-
rarum studiis peregrinatio, sine supremâ luce miserabilis, te-
stè Scaligero, sit quædam erratio: Tu, O magne Deus, qui omnia
plenè ac perfectè es, ac præter & super omnia: qui eos, qui sci- *Exercitat.*
entiarum sunt studiosi tuos esse voluisti, tuõ immensõ atq; in- *359. sect. 2.*
effabili Spiritu, mentes nostras comple, ignota mortalibus ad-
mirabiliq; opulentiã, ut nobis quantum loci, temporis atq; ar-
gumenti captus fert, grata tibi dicere liceat, nobisq; fructi-
fera.

§. 8. Hac anchorã, ne navis nostra fluctuet, constitu-
tã firmissimã; pro animorum nostrorum creatione argumenta
quædam adducemus. Et posset quidem hæc sententia autori-
tate Divinorum Oraculorum stabiliri, sed nos ex lumine rectæ

rationis illam hoc modo confirmamus: Anima rationalis pro-
ducitur. Istud verò cum controversiæ aleam non experiatur,
multis impræsentiarum probare super sedemus, & tanquam ab
omnibus concessū præsupponimus. Si igitur fit aut producitur,
producetur oportet, vel ex aliquâ materiâ aut subiecto, vel mate-
riâ aut subiecto à quo in ortu suo dependeat, substratò nullo,
cum duos hosce producēdi modos, sana philosophia tantū nove-
rit, nec tertium ab hisce distinctū, quispiâ hæcenus excogitare
potuerit, vel in æternū potis sit: videantur *Suarez. disp. XV. sect. II. p. 320. Toletus in Lib. I. Physic. IX. P. Hurt. de Mendozâ disp. phys. IV. sect. II. §. 10. seqq. p. 253. Disp. XII. sect. 1. §. 1. p. 401. de generat. & corrupt. Disp. 1. sect. 1. §. 1. p. 529.* cum his poterunt conjungi, *Jachaus Institution. Metaph. L. III. cap. VIII. p. 141. & Instit. Physica L. I. cap. VII. pag. 73. L. III. cap. II. pag. 198. Meisnerus præ memoria philos. sobr. p. 1. sect. III. Quæst. II. p. 778. seqq. & alii passim.* Alterutrò igitur horum modorum, non poterit non produci anima, si quidem fit aut producitur.

§. 9. Non producitur autem ex aliqua materiâ sive subiecto. Istud enim vel esset corporeum, utpote semen aut aliquid ex semine formatum, vel incorporeum ipsa spiritualis animæ substantia. Nullum hic tertium dari potest, neq; ad hunc usq; diem repertus quispiam, qui præter ista duo aliquid excogitare, nedum nominare fuerit ausus. Ex alterutrò ergò necessariò producitur, si quidem producitur. At verò cum anima spiritus sit, omnisq; molis corporeæ expers, incorruptibilis insuper & à subiecto cui ad tempus inest, aliquando abstrahatur, abstracta duret nihilominus & vivat, ipsis etiam adversariis ultrò largientibus, quæ probabile subiectum aliquod corporeum, posse ejus productioni substerni? Quicquid enim è corpore aliquo, tanquam materiâ extrahitur, id ita ipsi est adstrictum & alligatum, ut se jungi nequeat, aut si se jungatur, hoc ipso, intereat & evanescat. Animus igitur noster cum incorruptibilis sit, cum sine materiâ subsistere & esse queat (quod extra controversiæ aleam positum est) non dependebit à subiecto corporeo in fieri & esse. Eo ipso enim, quo aliquid sine aliquo esse

esse potest, ab eo reverà non dependet, in esse ac fieri. Unde perspicuum est, ista duo, aliquid produci ex aliquo subiecto corporeo, & nihilominus, sine corpore & materia esse posse, infestis contradictionis signis concurrere, & mutuò sese perimere. Eiusdem nobiscum sententiæ est, cui hancce dicamus opellam. Iste enim cum *Disp. 1. de orig. anime rationalis §. 3.* formas materiales, ex materiali principio produci prolixè satis ostendisset, thesi subsequenti, de immaterialium formarum ortu, aliter sentiendum esse asserit. Ita enim §. 4. orditur. *De immaterialium vero formarum ortu, ob immaterialitatem earum, aliter est sentiendum. Cum namq; hæc extra materiam, non tantum cum separata sunt, verùm etiam cum conjuncta sunt cum illâ, ita existans ac operentur, ut nunquam aliquid à materia participent cum etiam non facta sint ex materia in prima creatione, imò hodiè neq; ex materiali oriuntur principio, ut ista, nec cum materia corrumpantur, non eandem cum materialibus habebunt originem.* Ex quibus, quod eandem quâ hanc partem nobiscum foveat sententiam, luculenter patescit. Confer ejusdem disp. §. 6. plura non addo.

§. 10. Antea verò quam progrediamur & animam animæ productioni substerni non posse ostendamus, dubium quoddam quod nobis, à quo ipiâ objici posset anticipabim⁹ & diluem⁹. Dixerit quispiam intuitu causarū secundarū verum quidem esse id quod è corpore aliquo tanquã materia extrahitur, ita corpori illi adstrictū & alligatum esse ut sejūgi nequeat aut si sejungatur hoc ipso interire & evanescere, absolutè tamen id non procedere, cum Deus Trinus quoddam è potentiã materiæ eductum, sive à materia, in esse & fieri dependens extra istam materiam è cuius potentiã eductum est per absolutam suam potentiam conservare possit, defectum materiæ supplendo; atq; ita rationem nostram adductam non probare probandum. Cæterum ad hoc respondere non est res magnæ difficultatis. Ponamus enim Deum per absolutam suam potentiam aliquid à materia in esse & fieri dependens extra materiam à quâ in esse & fieri dependet, materiæ defectum supplendo conservare posse, idque

non

eruducis, non importare imperfectionem ex parte Dei, hoc tamen de
nima dici non posset. Illa enim I. sua natura immortalis
est quod etiam tacitis patron largiuntur At verò quod prædi-
cto modo esset incorruptibile, illud non sua natura esset tale
sed tantum per absolutam Dei potentiam, II. formæ materia-
les stante hac hypothesi eodem modo extra materiam, è cuius
potentia educæ sunt à Deo conservari possent & sic eadem
quæ anima rationalis gauderent vel minimum gaudere possent
immortalitate, quod absurdum.

§. 11. Sed nec anima animæ materiam præbere, sive
eius productioni substerni potis est. Rationes quibus id pro-
batum dare possumus, in-promptu sunt solidissimæ, omnique
exceptione majores; Impræsentiarum duas adduxisse sufficiat
Primum locum obtineat hæc: Quæcunque sunt eiusdem na-
turæ & speciei, vel quorum una eademque est natura illorū al-
terum alteri materiam præbere sive alterius productioni sub-
sterni non potest. Atqui animæ rationales sunt ejusdem na-
turæ & speciei, vel animarum rationalium est una eademque
natura. Ergò altera alteri materiam præbere, sive alterius pro-
ductioni substerni nequit. Major probatu haud difficilis,
Materia enim sive subjectum, & id, quod è potentia materiæ si-
ve subjecti educitur, discreta sunt naturâ ac definitione. Sic
E. G. aurum materiam præbet formæ poculi: corium collo-
bio corpus vitulinum animæ, vituli &c. At nec anima cum
corpore istò, nec poculi forma, cum Auro, eandem naturam
ac definitionem habent, quod certissimum discrepantiæ spe-
cificæ est signum. Animæ igitur parentum, siquidem produ-
ctioni animæ filii substernuntur, diversam pariter ab animæ
filii naturam atque definitionem habebunt, seu specie ab ipsa
different necessum est, aut productioni animæ filii non sub-
sternentur.

§. 12. Verùm oggerat hîc quispiam, exempla adducta
esse materiæ corporis & Physicæ, quæ rerum spiritualium
materiæ quæ et ipsa spiritualis sit nihil possint præjudicare, at-
que ita nos argumentari à baculò ad angulum. Cæterùm
quid & huic responderi possit, in-promptu est. Animam rati-

tie-

tionalem subiectum vel materiam esse habituum, inferius probaturum sumus; animam autem ab hisce habitibus, non solum specie, verum etiam genere distingui, nemo, nisi qui in philosophiâ planè hospes est, ignorat.

§. 13. Deindè omne subiectum, quod materiæ vices subit, cum formâ, quæ exindè educitur, constituit aliquod compositum. At quis, de animâ parentis hoc dixerit? quod nempe ista cum animâ filii, quæ educitur, compositum constituat? aut quod animæ filii sit, adglutinata? certè *ἄτοκα* hæc sunt, & quotidiana experientia adversa. Igitur falsum, animâ parentis, præbere materiâ aut subiectum animæ filii. Cum igitur (ut ex hætenus dictis satis superque constat) anima rationalis ex nullo subiecto producat, aut produci queat, ex nihilo eam produci relinquitur. Alium enim, præter duos hosce producendi, modum non dari §. 8. à vobis fuit ostensum.

§. 14. Ex hætenus adlatis pro tuendâ animæ rationalis creatione, ejusdem verò generatione destruendâ, duos necimus Syllogismos. Primus sit. Quicquid ex nihilo fit, à Deo fit per immediatam creationem. Anima rationalis ex nihilo fit. Ergo anima rationalis à Deo fit per immediatam creationem. Major constat. Creatio enim nihil aliud est, quàm productio rei, ex nihilo, ita ut particula *ex nihilo* excludat omnem concursum causæ materialis, & dependentiam rei, quæ creatur, non tantum à præexistente, sed ab omni subiecto. Nam si vel maxime cum res aliqua producitur, nullum ejus subiectum seu materia præexistat hoc est, tempore prius existat re productâ sed in uno instanti simul totum compositum producat, tamen si forma à materiâ in esse & fieri dependeat, nec ipsa, nec compositum ex nihilo, sed forma ex subiecto, & compositum ex ipso & formâ produci dicenda, non obstante, quod si temporis rationem spectes, simul, & in uno instanti esse caperint. Videantur præceptores mei ætatem colendi. *admodum Rever. & Excell. Dn. D. Musæus p. t. in florentissimâ hac Salanâ Rector Magnifi-*

cus disp. de creat. §. 2. Dn. D. Jacobus Martini p. m. part. met. apb. l. 1. sect. 11. p. 498 §. 10. Dn. D. Henricus Martinus Eccardus disp. quest. philos. misc. quest. 1. §. 1. Scheiblerus lib. 2. Metaph. c. 3. de Deo Tit. XVII. de creatione Dn. Paulus Schlevogi. disp. de creat. in genere 1. §. 19. Dn. Zeisoldus dec. disp. de ortu formarum disp. 7. §. 25. Minor verò constat ex §. §. præcedentibus.

§. 15. Sed sunt qui sese majori nostri syllogismi opponunt, & duplex ipsi vulnus intentant. Et quidem 1. ut eam infringant, atque ad absurdum deducant, habitus animi nobis objiciunt, quorum productioni nullum subjectum seu materiam subterni clamitant, nec tamen eos creari autumant. *Quodcumq;* argumentantes, *nullam præexistentem materiam habet, illud creatur.* Atqui accidentia spiritualia habitus scilicet animæ rationalis, nullam præexistentem materiam habent. Ergò creantur. *Absona conclusio, inquit.* Ergò una ex præmissis; non minor que recepta. Ergò major, quæ erat, omne id statim creari, quod ex supposita, materiâ, non generatur, seu ex nihilo producitur. Item: *Omnis constitutio rei ex nihilo per se est creatio. Productio specierum intelligibilium est constitutio rei ex nihilo.* Ergò illa constitutio per se est creatio, & per consequens, homo est creatur. *Absonum.* 2. Ut nervum majoris incidant, non cujusvis rei ex nihilo productionem, creationem esse vociferantur, sed sola completa & composita creari autumant, non incompleta, non partes compositi; Inde animam rationalem, cum non completum & compositum quid sit, sed incompletum, quid, & pars saltem compositi, non creari, sed per traducem propagari colligunt. Ita illi. Verùm quò successû, quâve fronte has instantias adduxerint, homini veritatis avido, sequentia monstrabunt asserta.

§. 16. Cæterùm cum nihil non eorum, quæ majori nostræ opponuntur, ita sit comparatum, ut miserationem potius, quàm refutationem mereatur, illis refellendis vix par est nos diu immerari, paucis, tamen hæc ingeniorum excrementa ad veritatis trutinam revocabimus.

Et

et primam quidem instantiam, quod, attinet, ad eam re-
sponso facilis est. I. Nam tanquam ungues suos nô-
runt, non cujusvis ex nihilo productionem esse creatio-
nem Auctoribus, propriè & accuratè loquendo, sed substantia-
rū quæ propriā subsistētiā habent, nec intrinsecè à materia aut
subiecto aliquò in esse aut fieri dependent, non accidentium
non formarū materialium. Quid ergò de accidentibus, quæ
nihil ad Rhombum, multa subsumunt? II. Deindè audacter
pronuncio, ipsis etiam habitibus substerni aliquam mate-
riam, aut subiectum, in quo non solùm recipiantur, sed ex
quo educantur quoq; & quasi eruantur. Quis enim asse-
rere ausus fuerit, posse habitum aliquem comparari citra
animæ, tanquam materiæ sive subiecti, concursum? aut
subsistere & esse in rerum naturâ, ab anima si separetur?
certè ut hoc ἐκ τῶν ἀποδυνατάων, ita luculenter docet, istis
habitibus quoddam subiectum substerni ex quo educan-
tur. Ratiocinium ex hisce potest necesse tale: Quicquid
intrinsecè, à materia inesse & fieri dependet, id ex ejus po-
tentia educitur. Habitus animi intrinsecè à materiâ, anima se
in esse & fieri depēdent. Ergò ex ejo potētia educūtur. Major est
ipso rû, & præterea solide ut solet eā probatâ dedit Vir Excellē-
tissim⁹ Dn. Iohannes Zeisold⁹, præceptor noster æternū vne-
randus, *de. disput. de form. subst. ortu disp. 2. §. 60 & seqq. Disp. 2. de nativo formarum substantialium ortu §. 87.* Minorem
controversiæ aleam non experiri speramus.

§. 17. Ad secundam instantiam, quâ, *rem completam tantum creatione produci posse, evincere conatur, formam ve-
rò, tanquam incompletum quid, & partem compositi, ab agente fi-
nite ex nihilo produci;* respondemus, peti id, quod est in prin-
cipio. Nondum enim, quod sciam, hætenus ullo argu-
mentò probatum est, sola completa & composita esse termi-
num creationis ad quem, (ut loquuntur Philosophi) seu
creatione produci, non verò incompleta & partes compositi.
Ut proindè hæc opinio eadem facilitate rejiciatur, quâ
ab illis asseritur. Imò contrarium ostendere non est ire per

B 2

distentum funem. Creasse enim Deum, ubi hæc rerum primordia jecit, hominem quâ corpus quâ animam, & quâ hanc quidem immediatè ex Sacris probari potest paginis: ex quibus insuper deduci potest, creationem hanc animæ, fuisse propriè dictam creationem, eiusque terminum ad quem non esse Ens completum, verùm incompletum. Ex quibus, quod assertum illud, (solas res completas creari statuens) erroneum & falsum sit, elucescit.

§. 18. Cæterùm & illud, quòd formæ tanquam incompletum quid, ab agentibus finitis, ex nihilo negativò producatur, nullo solido munimur argumentò. Argumentatur nos ita: Quicquid ex nihilo negativò producit aliquid, id creat. Agentia finita ex nihilo negativò aliquid producant, formas scilicet. Ergò agentia finita creant. Ergò agentia finita sunt creatores, quòd omnem absurditatem superat. Conclusio cum absurda, non potest non aliqua præmissarum vacillare. Præmissis enim quâ formam, quâ materiam bonis verisque, non potest non sequi vera conclusio. Maior verò firmò stat talo. Ratio enim dari non potest, quare cum supremum numen aliquid ex nihilo negativò producat, sit creatio, non verò cum agentia finita? Subjectorum enim diversitas, rationem formalem actionis non mutat. Certo certius igitur est, minorem, quæ est ipsorum, esse falsam, erroneam, atque proindè ex scholis philosophorum exterminandam.

§. 19. Secundus pro creatione animæ rationalis syllogismus sit hic: Quicquid fit per generationem, ex aliquâ fit materiâ aut subjectò. Anima rationalis non fit ex aliquâ materiâ aut subjectò. Ergò anima rationalis non fit per generationem. Major caret omni dubiò. Quòd si quis velit eius veritati obniti, is eius contradictoriam, quæ hæc est: Aliquid quòd fit per generationem, non fit ex aliqua materiâ aut subjectò, tenebitur admittere, quæ, ne quid amplius dicam, falsissima est, ut ex hæcenus disputatis patet, & insuper ab eò, cuius gratiâ hanc opellam insumimus, rejiciatur, Minor ex thes. 9. 10. & seqq. constat.

§. 20. His

§. 20. Hisce ita prælibatis, sine verborum anfractu,
 ad theses nonnemini, cuius gratiâ unicè hanc suscepimus
 operam, recta progredimur, quid valeant, quidve recusent,
 visuri. Novus disputator, spem quidem fecit novorum ar-
 gumentorum, novarumque argutiarum. Cæterùm dedit
 adeò trita, ut priorum oculos tantùm compilâsse, & ex ob-
 viis Traducianorum scriptis, rationes vulgatas emendicâsse
 videatur. Nihil itaque facilius, quam ad eorundem ipsum
 ablegare, qui obsoletis objectionibus dudum talos frege-
 runt. Interim tamen mihi id propter, quod mei exercendi
 occasionem non negligam, succensebitur. Quis enim juve-
 nem veritatis cognoscendæ cupidum, ut quid pro eâ possit,
 periculum faciat, non invitet potius, quàm dehortetur. Ita
 autem ille *disp. I §. 4. De immaterialium verò formarum ortu,*
aliter est sentiendum. Cum namque hæc extra materiam non tan-
tùm cum separata sunt, verùm etiam cum conjuncta sunt cum illa,
ita, existant ac operentur, ut nunquam à materia aliquid partici-
pent materialis; cum etiam non facta sint ex materia in prima cre-
atione; imò neque hodie ex materiali oriuntur principio, ut istæ,
nec cum materia corrumpantur; non eandem cum materialibus
habebant originem. De his neglecta vetusta Luciferianorum
apud Augustinum de hæresibus c. 86. Anabapt. apud I. Apfelman. de
homine lb. 105. eductionem harum statuentia. Rejeda etiam Pela-
gianorum, Pontificiorum, Calvinianorum, plerorumq; Weigelia-
norum creationi suis hæresibus & erroribus, commoda faventium
opinionem, statuimus animam hominis propagari, generatione se-
minis in & cum semine, quod idem est, ac induci, seu per tradu-
ctam generari. Est enim tradux secundùm primam vocis impositi-
onem, quæ ab hortulanis profecta est, propago, seu pars ab arbore
secta, quæ vel per insertionem, vel per inoculationem, alteri arbo-
ri imposita aut ingesta, propagatio speciei fit, uti colligitur ex Au-
gust. de vita & morte. c. 3. Hæc appellatio in semen collata est, quod
est pars corporis veluti propago à corpore discreta, per quam com-
municatur species, itaq; formas per traducem propagari, seu in-
duci nihil aliud est, quàm cum semine communicari. Subsequen-
ti thesi quinta, miras difficultates in re merè difficili, exagi-

tâsse sententiæ (traductionis) huius patronos asserit, ut propterea etiam si in eo conveniant, quod spirituales hæ formæ traducantur, de termino à quo tamen, ut & materiâ ex quâ, & modò traductionis non unam foveant sententiam. De termino à quo tres adfert opiniones, de quibus quid sentiendum sit, paulò post, ubi de materia ex qua actum fuerit, dicemus.

§. 21. De materiâ autem ex qua §. 6. disp. 1. ita philosophatur: *secundum de quo disquiritur, partim cum adversantibus huius sententiæ, partim cum traductionis defensoribus est materia ex quâ anima humana producitur. Quippè cum ex nihilo ea non fiat sed ex aliquò, quaritur quidnam id sit, è quo producitur? Vera hæc sententia est, oriri eam ex tali materiâ, quali constituitur. Cum igitur constituatur merò spiritu, spiritus erit id, quod se habet ad modum materiæ (etiam si crassa materia non sit) ex quâ & anima constat, & à generante vi benedictionis divine producitur. Ratio in promptu est. non fit anima ex nihilo negativo neque ex principio corporeo. Ergò fit ex anima generantium. Antecedentia patent. Primum quidem quia natura ex nihilo nihil fit, sed supra naturam agente modo eam non produci alibi probabitur. Secundum quia ex corpore non potest fieri spiritus, nec ex spiritu corpus. Quomodo verò ex anima parentum duplici, unò oriatur spiritus, de eo postea, ubi de modo traductionis, acturi sumus. Hactenus ille.*

§. 22. Verum hæc ingenii excrementa, nullis rationibus innixa, sed sanæ rationi adversa, indigna putamus, in quibus refellendis bonas horas collocemus. Interim ut hominibus veritatis avidis, & artibus minus excultis (quibus scrupulum injicere artis non est) scrupuli si fortè quidam ipsis fuerint injecti, eximantur singula ad veritatis incudem revocabimus, & singulorum falsitatem erudito orbi exhibebimus spectandam.

§. 23. Cæterùm ut rectè tangamus ulcus, & totius discursus, nervum incidamus, fulcimentum, quo nititur, labefactandum erit. Lubrico enim fundamento non potest

non

non infirmum superstrui assertum, quod cum ipso funda-
mentò infirmitate suâ corruat. Ex aliquo animam fieri pu-
tat, & quidem eam ex tali materiâ oriri, quali constituitur
clamitat. *Cum igitur constituitur, inquit, merò spiritu, spiri-
tus erit id, quod se habet ad modum materie, ex quâ & anima
constat, & à generante vi benedictionis divinæ producitur.* Ve-
rum hæc omnia erronea & falsa sunt; atrò igitur (quod a-
gunt) carbone notanda. Animas parentum non posse
præbere materiam animæ filii, à nobis evictum est §. 10. &
seqq. ad quod quid solidi respondeat homo, ne hilum qui-
dem habet. Diximus materiam & id, quod è materiâ edu-
citur, sub unius speciei vexillo non militare, sed discreta esse
naturâ atque definitione, quod tam verum, quàm quod ve-
rissimum, & vel ex hoc solo patescit, quod nemo hactenus
ullâ instantia id infringere potuerit, nec forsan in æternum
potis sit. Cum verò animas rationales, nullâ exceptâ, eius-
dem naturæ & speciei esse, etiam illi, ipsique impræsentiarum
nobis negotium facebant, largiantur, alteram alterius pro-
ductioni substerni non posse conclusimus. Rectissime! Ve-
rissime!

§. 24. Hoc est fulcrum, quamvis ad modum lubricum,
cui hominis disputationes innituntur ad unam omnes, quas
hæc de materiâ, publici juris fecit, quod cum dirutum & sub-
latum planè sit, omnia hominis asserta fulcramento hoc su-
perstructa, sponte suâ collabescunt & concidunt.

§. 25. Antea verò quàm ad alia transitum faciamus
obiter monendum ducimus, nobis impræsentiarum sermo-
nem esse de materiâ & eò, quod è materiâ producitur, quod,
ad nostrum institutum sufficit; an verò insuper materia &
id, quod compositum est ex materiâ, discreta sint naturâ ac
definitione, ut disquiramus nulla efflagitat necessitas. Illud
quoque antequam finem huic thesi imponamus, verbò tan-
gendum, materiæ nomine intelligi hîc quodlibet, quod pro-
ductioni alterius, tanquam principium passivum substerni-
tur, seu, quod ad alius rei productionem passivè concurrat,
sive

sive sit corpus aliquod, ut cum ex ligno generatur ignis, generationis ignis subjectum dicitur lignum; sive sit simplex materia prima, sicut in productione forma coeli, subjectum est ipsa materia prima, sive denique sit aliqua substantia spiritalis, sicut in productione habituum intellectualium, subjecti rationem habet intellectus.

§. 26. Porro falsum est, quod è fatido gutture eructat, nostram de creatione animæ rationalis sententiam favere, hæreticis eorumque erroneis dogmatibus; per accidens id est, minimè per se. Si verò id propter eam rejiciendam esse autumat, ut ipsas sacras quoque paginas rejiciat, necessarium est, eum & ipsæ, hæreticis, multa dicta ex iis, ad detegendas suas hæreses depromentibus, favere videantur. Indè verò quod aliquid de gradu dignitatis & certitudinis S. Scripturæ dimoveatur, colligere impium est. Nec illud, quod animam hominis generatione seminis propagari asserit, album meretur lapillum. Si enim anima propagatur generatione seminis, propagatur anima intra parentes, siquidem generatio seminis fit intra parentes, in vasis huic operi dicitis. Ergò due animæ concurrunt in concursu seminis utriusque in utero, & sic una anima filii, ex duabus animabus constabit, quod absolum est. Cæterum nolumus diutius immorari nugamentis hisce gerris siculis, aut si quid levius istis levioribus.

§. 27. Deindè propria hominis asserta, mutuis contradictionum telis sese jugulant. *Disp. 1. §. 4.* animas hominum traduci, seu per traducem propagari asserit; thesi verò subsequenti sexta eiusdem disput. eas è potentiâ materiæ educi statuit, ceu vidimus §. §. 20. & 27. qui verò hæc conciliabit? qui animarum traductionem cum earundem educatione stare posse probabit? Nonne traductio formaliter includit actualem existentiam & præsentiam formæ traducendæ? Imò ipsi Sperlingio, cui maximam partem addictus est disputator noster, tradux & realis formarum in materia præsentia sunt *ἰσχυράματα*, vel, certè inseparabiliter coherent.

rent. *Freitagius, inquit, Sperlingius traducem seu realem for-*
marum in seminibus presentia, impugnare omni conamine tenta-
vit At verò edictio est non existentis, quod etiam illis, qui
primis saltem labris philosophiam degustarunt, notum est,
nec, nisi quæ omnem rationis usum decoxerunt, inficiabun-
tur. Ex hæctenus disputatis tale struimus argumentum:
Illa quorum unum alicujus esse, alterum verò eiusdem non
esse formaliter includit, simul stare nequeunt. Atqui talia
sunt traductio &eductio, quarum illa esse formæ, hæc non
esse jusdem formaliter includit. Ergò traductio & e-
ductio simul stare nequeunt. Major & minor sereno ruti-
lant cælo & prætereà ex dictis constant.

§. 28. Progreditur disputator noster, & nos cum il-
lo. *Hæc appellatio, inquit, in semine collata est, quod est pars cor-*
poris, veluti propago à corpore dissecta, per quam communicatur
species; itaq; formas per traducem propagari seu traduci nihil a-
liud est, quam cum semine communicari. Contra si per semen
à corpore divisum communicatur species, & semen veluti
propago à corpore dissecta, in se animam habet, in & cum
quo transeat in sobolem; 1. intra genitores facta est. 2. ante
conjunctionem seminum sunt duæ animæ. 3. duæ ani-
mæ coalescunt in unam. Alia absurda ex hac sententia
profluunt taceo. Iudicet hîc lector benevolus, annon in
penuriâ solidioris saxi, cum Æsopo in aere molitur ædificia
disputator noster, & fugitivis aquis insanas superstructio-
nes, è lapidibus imponere velit imperitus, marmorea putans,
quæ vix sunt straminea.

§. 29. Verùm dicat quispiam, ante victoriam non
esse triumphandum. Rationem enim, qua Auctor noster
sententiam suam probatam dederit à nobis nondum esse di-
lutam & ita illud Aristotelicum nobis obganniat, quando
L. de lineis insecabilibus ait: imbecillis & ignavi est, opinionem
aliquam quam evidens ratio persuadeat, propterea deserere, quod
alicui argumento non possit satisfacere. Verum tantum abest
ut ratio adducta hominis, opinionem de traduce persuadeat

C ut

eam refutet potius ceu ex progressu patebit. Cum verò ratio, quam crepat, tantum roboris, quantum pollicetur non habeat, in transitu saltem eam tractabimus. Ratio impromptu est, inquit? non fit anima ex nihilo negativo neq; ex principio corporeo. Ergo fit ex anima generantium. Antecedentia patent, ait. Primum, quia natura ex nihilo nihil fit sed supra naturam agente modo eam non produci alibi probatur, id autem probare satagit disp. 3. §. 9. Secundum inquit, quod, nobis probandum incumbit est, creationem animæ humane sane philosophiæ esse incognitam. Nam 1. philosophia statuit productionem animarum fieri naturaliter, & insuper pro infallibili habet principio. Ex nihilo nihil fit naturaliter quod non tantum inductione omnium, quotquot sunt in natura naturaliter produca, sed etiam evidentissimis rationibus constat. Si enim in natura ex nihilo naturaliter aliquid fieret, sequeretur potentiam naturalem agendi, circa non ens esse occupata, atq; non enti realem aliquam affectionem, uti esse potentia ad aliquid, & esse potentiam alicujus secundum naturam convenire. Ut præteream, quod nullus actus naturalis terminetur in nihilo, & ejusmodi qualitatem obtinere queat, quæ ad contradictoria indifferenter se habeat cum postremum, hoc soli Dei absolute potentia, ex omnium sanè philosophantium iudicio, relictum sit. Tandem concludit. Ex hoc verò infallibiliter colligitur animam, quæ verum Ens est, ex nihilo negativo seu ex non Ente fieri non posse: æquè ut impossibile est, per naturam ullum verum & reale ens seu animam rationalem hominis, in nihilum redigi. Hactenus ille.

§. 30. Quid hactenus adlata sententiæ nostræ officiant, ut videamus, operæ pretium est. Ante omnia autem ne detur impingendi scopulus, phraseos hujus, naturaliter fieri, in qua hujus rei nervus residet, ambiguitas evolvenda venit. Bisariam autem, quantum ad præsens, aliquid naturaliter fieri dicitur. 1. Quod fit ab agente naturali: sic formæ materiales naturaliter fieri dicuntur, quia ab agentibus uaturalibus producuntur, & hoc modò falsum est, animas rationales fieri naturaliter. Ex nihilo enim cum fiant

ue

ut supra à nobis ostensum est, & ex nihilo nihil naturalitèr
(hoc est à causis naturalibus modoque agendi naturali) fi-
eri possit, ut rectè, ex omnium sane philosophantium judi-
cio colligit, animas rationales naturaliter fieri non posse,
hoc est, ab agentibus naturalibus non posse produci, cuilibet
obvium est. 2. naturaliter fieri dicitur, quod fit secundum
naturam, sive ad institutum naturæ, & prout rebus produ-
cendis conveniens est, & hoc posteriori sensu, animas natu-
raliter fieri adserimus, quando à summo Numine immedia-
tè creantur. Hicce enim animas producendi modus ipsis
conveniens, alius verò ab hocce diversus animabus repu-
gnat, ut pluribus thesibus 9. & 10. probatum dedimus, & vel
ex hoc solo inclarescit, quod unumquodque producat
pro naturæ suæ conditione, ceu pluribus ostendit, sa-
nioris philosophiæ vindex fortissimus, Dn. Iohannes Zei-
soldus, philosophiæ naturalis, in Alma solidæ philoso-
phiæ nutrice Salanâ, professor publicus longè celeberrimus,
præceptor noster submisso observantiæ cultu ætatem colen-
dus, dec. disp. de form. subst. productione disp. 7. §. 27. &
seq. Adhuc clamites, ratio in promptu est, animæ non fiunt
ex nihilo negativo, quia naturaliter fiunt; quasi naturaliter
fieri, si rectè intelligatur, & ex nihilo negativo fieri, se invi-
cem evertant, & simul stare nequeant.

§. 31. Antea verò quàm hinc abeamus, unam vel al-
teram consequentiam, à disputatore nostro adductam, rectè
rationis lance ponderabimus. *Secundum*, inquit, *quod no-
bis probandum incumbit, est, creationem animæ humanæ sa-
ne Philosophiæ esse incognitam. Nam 1. Philosophiæ statuit, pro-
ductionem animæ fieri naturaliter, & insuper pro infallibili habet
principio, ex nihilo nihil fieri naturaliter. Quæ verò consequen-
tia: Philosophiæ statuit ex nihilo nihil fieri vi naturæ. Ergò
Philosophiæ ignorat creationem animæ? Nulla. Imò etsi
ignoret (posito, non concessio) quid inde decederet creatio-*

ni animæ. Sequiturne Philosophia ignorat creationem ani-
mæ rationalis. Ergò illa non creatur? minimè sequitur.
Nos, cum ex nihilo vi naturæ nihil fieri ultrò largiamur, re-
liqua quibus hoc probare contendit, valere jubemus.

§. 32. Ex quibus animas rationales, ex nullo subje-
cto, & sic consequenter à Deo immediatè produci, satis su-
perque constare arbitramur. Cum igitur ex nullo subje-
cto fiant, ab agentibus naturalibus produci non poterunt.
Ex nihilo enim (ut ipsius verbis utamur) naturaliter (id est,
a naturalibus causis, & naturali agendi modo) nihil fit. O-
leum igitur & operam perdidisse hominem in conscriben-
da thesi quinta disp. 1. cuiuslibet non potest non esse obvium.
Cui bono enim, an solo patris, an solo matris, an verò
utriusque parentis semine animæ productio fiat, disquirere,
cum ab agentibus naturalibus, animam rationalem produ-
ci non posse, certissimè constet. Cæterum ne homo ab o-
mni cura & negotio planè vacet, ipsi aliquid, de quo medite-
tur, antea ad aliam quàm progrediamur, suppeditabimus, o-
pinionem, quæ solo patris semine, fieri traductionem docet,
refutat, ut & eam, quæ solo matris semine eam traduci, pa-
trisque semen inanimatum esse asserit. Tertiam opinionem,
quæ ab utroque parente, traductionem animæ fieri statuit,
ambabus (quod ajunt) ulnis amplexatur. Sed heus bone
vir! siste gressum! Quæ animam utriusque parentis semine
traduci, seu, ut alibi loqueris, communicari defensitabis?
Audias Dn. Meisnerum qui in part. 1. Phil. sob. sect. 3. c. 6.
q. 1. in hæc verba erumpit: *Jugens & feræ inexplicabilis dif-
ficultas hinc oritur, è quâ ego me expedire nunquam potui. Aut
enim uterque parens totam animam aut pater dimidiam & mater
dimidiam propagat. Si uterque totam duplicabitur anima. Ut
exim pater & mater numero differunt, ita quoque si pater totam
& mater aliam animam totam producat, certi erunt duæ numero
differentes anima. Num autem has coalescere & in unam coire,
aut num sobolem duplicatâ animâ vivere existimabimus? Utrum-
que absurdum & inconueniens. Si verò dicatur particulam ani-*

ma à patre & particulam à matre conferri, concidit indivisibilitas
anima. Ergo & immaterialitas, Ergo & immortalitas. Quic-
quid enim μεγιστόν illud ἐνυλον & materialium. Omnis divisio à
materiâ oritur. Quod verò materiale, illud quoque corruptibile.
Anima autem intorruptibilis & immortalis est. Quare &
ἀμεγιστόν unde ἀμεγιστόν; impartibile quiddam, atque indivisibile
diserte dicitur 1. de ani. s. 92. Igitur non secundum unam particu-
lam à patre, secundum alteram à matre prodisse putandum est.
Addit denique. Ad hoc argumentum cum nulla ratione solide re-
spondere possim, necessarium mihi videtur dicendum, animam totam
aut à solo patre, aut à sola matre propagari. Totam animam
autem, neque à solo patre, neque à sola matre propagari pos-
se, fuse ostendit ipse disp. 1. §. 5. Tantâ absurda, sententiam
hanc fore insequutura si spectâset, fortè istam nunquam
fuisset amplexus. Sed calculum præbuit, juramentum de-
dit. Revocare gradum sibi vitio verti putat. Viam igitur
quærat, qua Scyllam hanc præterire possit; sed vereor, ut eam
inveniat.

§. 33. Optimò quidem jure hic pedem figere posse-
mus, cum fulcrum, quo universa nitentur moles, planè sub-
latum, & in favillas cineresque redactum sit. Verum cum
omne promissum (ceterum tritum habet adagium) cadat in de-
bitum, nos promissi sub finem §. 212. facti memores, ut appa-
reat faciemus, reliquasque hominis argutias, eruditorum ju-
dicio exponemus.

§. 34. Cum verò ea, quæ in disputatione primâ, ali-
quantulum disquisitionis merebantur, discussa sint, sine am-
pellis & sesquipedalibus verbis, ad disputationem secundam
rectâ progredimur. Illam autem ita orditur: *Tertium quod
in evolutione Traductionis determinandum est, modus est, quo a-
nima liberorum ab utriusque parentis, & ex utriusque animâ
proficiscitur, sine divisione, sine transfusione, veluti Spiritus à spi-
ritu non ut corpus à corpore. Hunc cum spiritali esse sana Phi-
losophia doceat, ad modum tamen propagationis luminis fieri non
neget: quamvis aliàs modus iste, respectu nostri, quâ omnimodam*

determinationem consideratus, sit inexplicabilis, nobis q̄, incogni-
tus. Hinc placuit multis Clarissimis viris, simili hoc uti. Sicuti
lumen accenditur à lumine, sic anima liberorum ab animis paren-
tum vi benedictionis divinae accenditur, ut tamen quemodò, sim-
pliciter ista accensio animæ ab anima contingat, sit inexplicabile.
Ita ille. Sanè admirandum, quid affectus efficiant, & mens
præconceptis opinionibus abundans. Faciliùs credimus lu-
po ovem, milvio gallinam, aquilæ prædam, Herculi clavam
extorqueas, quàm homini à pulmone, ut Satyricus loquitur,
veteres suas de traductione animæ rationalis revellas a-
vias. Probet & ostendat animam liberorum, ab utriusque
parentis, & ex utriusque animâ proficisci, veluti spiritum à
spiritu, monstret spiritum à spiritu proficisci, vel spiritus se-
se multiplicare, & herbam ipsi porrigam lubens, triumphum-
que reportabit. Interea verò & quamdiu id non fecerit, non
audietur etiam, quæcunque tandem effutiverit. Probabit
autem, si aquila asinum pepererit, ad Calendas græcas. Sed
ad rem.

§. 35. Superius traductionis efficientem, nec non ter-
minum ex quo (ut disput. 3. §. 1. sub initium barbarè loquitur.
Duo enim tantum sunt termini, terminus à quo & ter-
minus ad quem, terminum ab hisce distinctum sana Philoso-
phia ignorat. Fortè subjectum ex quo voluit dicere, sed hæc
obiter) explicuit, quò successu, quæve fronte id fecerit, mon-
stravimus hætenus; nunc traductionis modò determinandò
se accingit. Tertium, quod in evolutione Traductionis determi-
nandum est, inquit, est modus, quo anima liberorum, ab utriusq̄
parentis. & ex utriusque anima proficiscitur, sine divisione, sine
transfusionem, veluti spiritus à spiritu. Addit. Hunc cum spiritua-
lem esse sana Philosophia doceat &c. Cæterum in explicando
Traductionis modo, falsâ nititur hypothese. Supponit enim,
spiritum à spiritu proficisci, & spiritus se se multiplicare, quod
falsissimum. Rectissimè Excellent. Zeisoldus disp. 2. de nativo
form. subst. orta §. 114. Falsum est, essentias spirituales habere ta-
lem naturam, ut naturali generatione sese multiplicare possint,
fal.

*falsum est, Deo ita visum esse, falsum est, è benedictione divinâ id
probari. Quod autem spiritus sese multiplicare nequeant,
probamus hoc syllogismo: Si spiritus sese multiplicant, vel
multiplicabunt se per divisionem, vel ita, ut alter alteri ma-
teriam præbeat, seu, ut alter alterius productioni subterna-
tur, tertius modus ab hisce distinctus, quo sese multiplicent
spiritus, dari nequit. Sed neutro modo se multiplicant spi-
ritus. Non priori. Sic enim spiritus essent divisibiles, ex-
tensi, quanti, quod omnem absurditatem superat; neque
posteriori modo spiritus sese multiplicare possunt, ut proba-
tum dedimus §. 20. & seqq. Ergo spiritus planè sese non mul-
tiplicant. Cum igitur hæc hypothesis falsa, non possunt
non falsa esse omnia, quæ illâ superstructa sunt. Cæterum ne
glaucoma homini obicere videamur, notamus, aliud esse
spiritus posse multiplicari, & aliud spiritus posse sese multi-
plicare. Prius concedimus, nec ullum inde sententiæ nostræ
metuendum est naufragium; Posteriori verò falsum, ceu ra-
tio nostra adducta evincit. Deinde iterum confundit tradu-
ctionem cum educatione. Animas enim liberorum ex utrius-
que parentis anima proficisci asserit, quod educationis est.
Traductionem autem cum educatione stare non posse §. 27.
ostendimus. Illud quoque quod sana Philosophia hunc mo-
dum spiritualem esse doceat, tam falsum est, quam quod fal-
sissimum. Plura non addimus.*

§. 36. Porro ut modum Traductionis rectè explicet,
summâ nititur ope, eumque in finem simile à lumine desum-
ptum adducit. *Sicut lumen, inquit, accenditur à lumine, sic
anima liberorum ab animis parentum vi benedictionis divinæ, ac-
cenditur.* Verùm simile adductum quod attinet, non quadrat
ad traducem, quocunque etiam modo explicetur. Jamdu-
dum evulsum illud ab Excellentiss. Dn. Johanne Zeifoldo
Trad. non Trad. p. 47. *Secundum, inquit, non stat cum aliis
illorum assertis (respondet autem ad exempla Scaligeri, pro
Traductionis modo determinando adducta) Primò exemplum
de lampade accensâ veræ generationis est, etsi forma ortum spe-
cies,*

*Tres. Vera & proprie educationis schema non translationis; non si-
quidem ibi sui promotio, verum alterius numero distincti, ex ali-
qua subiecta materia productio describitur. Ignis enim generat
ignem à se diversum, vel numero distinctum: Ergò quoque for-
mam à sua forma numero distinctam. Estque ibi revera ignis ge-
nerans & ignis genitus, ille in materiam substratam ut in stupam
in picem &c. agit, verag; actione formam ignis inde elicit; ignis
verò genitus ex ignis generantis actione in stupam, stipulam &c.
effectivè resultat, & ex stipa, pice &c. tanquam ex subiecta ma-
teria producit. Et sunt adeò quidem perspicua hæc, ut noctu-
as Athenas portare, videatur, ut in proverbio dicitur, qui
pluribus ostendere ac demonstrare id adnitatur. Certissi-
mum enim est, luminis productioni substerni subiectum ali-
quod, seu materiam quandam, è cuius potentiâ educatur,
cum verò spiritus productioni nullum subiectum substerni
queat, ut fusè à nobis diductum est, quod simile istud commo-
dè hic adhiberi potest?*

§. 37. Nec est, quod ad benedictionem divinam con-
fugias. Illa enim animæ rationalis creationi nihil officit.
Eiusdem enim effectus posita animæ rationalis creatione be-
nedictio divina est in homine, cuius est in bestiis ut ex se-
quentibus patebit. Quemadmodum enim conredientibus
duobus brutis, masculo & femina, successu temporis, eius-
dem naturæ animal in utero formatur, tandemque animâ &
vitâ præditum, in lucem editur; ita ex commixtione viri &
uxoris, semen in agrum maternum projectum, in mille ar-
tus, mirâ varietate formatur, definitò tempore spiritu vitali
perfunditur, tandemque perfectus & consummatus homo na-
scitur. Quòd si modum productionis eiusque singula mo-
menta speciatim attendere volueris, & dicere, non esse eius-
dem planè efficacæ benedictionem divinam in hominibus
& brutis, si statuatur, animam humanam creari, & cœlitus
corpori coniungi, quoniam hac ratione parentes, corpus tan-
tum propagarent, bestiis ipsam etiam animam fatui largien-
tibus. Si, inquam, ista sigillatim tam exquisitè urgere volue-
rint,

riat, vide (contra illos disputo, qui animam humanam ab animâ propagari, & quasi accendi, & non è corporea materia educi contendunt) ne asserere cogaris, etiam animam humanam è seminis potestate educi. Nam si per omnia eiusdem est effectus & virtutis benedictio divina, in utroque animalium genere, etiam quo ad modum productionis animæ, cum brutorum formæ ex mole corporeâ educuntur, necesse est etiam animas hominum, ex illa evocari. Vis sapius jam dictæ benedictionis in brutis hæc est, quòd mediante corporis formatione, in utero quæ peragitur, animæ eorum è potentiâ materiæ per causas naturales educuntur sive eliciuntur; in hominibus hæc, quòd omnipotens architectus, per eam se certè alligavit legi & ordini; ita ut quoties corpus humanum in utero ad certam conformationem & figuram perductum fuerit, adesse, animamque ipsi infundere decrevit. Estne hic effectus impotentior, virtus debilior, efficacia minor, quàm ibi? Sed cur, inquis, virtute illius benedictionis, animæ hominum à parentibus non descendunt, sicut descendunt animæ brutorum; respondeo uno verbo, quia naturæ eorum repugnat.

§. 38. Hic præmissis, antiquitatem Traditionis crepat, eamque quam maximè huic sententiæ patrocinari putat. Ita enim progreditur. *Huius sententiæ adsertores, antiquitus fuerunt occidentales Ecclesiæ, teste Hieronymo, nec non Apollonarius de quo Nemesius c. 2. & paucis interjectis in hæc erumpit verba. Consentunt Ecclesiæ Æthiopica sub pretioso Johanne teste Damiano à Gæes de moribus Æthiopum fol. 521. editionis Colonensis Anno 1574. Augustinus ad hanc quoque magis inclinatur, ut videre est in epist. eius 157. ad Optatum & epist. 28. ad Hieronymum; & paulò post ita differit: Eandem tenuit Rufinus ante Augustinum si fides adhibenda est Hieronymo lib. 2. Apol. ea de causa ipsum perstringenti. Longa denique serie, recentiores Authores, huic sententiæ calculum suum adjicientes, recenset, quos nos brevitatis causa non adponimus. Tandem hunc in modum thesin concludit: Quoniam igitur Ec-*
D *clesiæ*

alefia Orthodoxa testimonio. Clarissimorum Philosophorum assensu, non tantum Traductio, sed & traductionis hicmodus muniuntur, impium esse ducimus, Ecclesie doctoribus fidem, rationibus verò Philosophicis assensum denegare. Hactenus ille.

§. 39. Caterum si antiquitas sententiam aliquam plausibilem reddit, non est, quod gloriaris & cristam erigas. Non heri, aut nudius tertius demum pronat de anima rationalis creatione sententia, sed antiquissima ea est. Veterum pars major creationem adstruxit, impossibile rata, animam rationalem, tanquam spiritum, ex nihilò, aut aliquà vel materià, vel animà alià ab agente creatò produci. Prodeat pro nobis in palæstram, Vir Amplissimus atque Excellentissimus Dn. Paulus Slevogtius, præceptor noster sanctè de venerandus, qui part. post. de creat. prim. hom. contra Ebraeos, sententiam animæ rationalis creationem statuentem, multò antiquiorem esse illà, quæ eiusdem traductionem propugnat, ut prolixè ita solidè ostendit. Cuius verba, quamvis pluscula, adscribere haud pigrabimus. *Doctrinam de creatione anima rationalis antiquissimam esse, negari non potest, quippè quam indè à temporibus Noachi in hunc usq; diem tradiderunt omnes Ebraei, sicuti supra est ostensum: tradidit in Pimandro Hermes Trismegistus, qui vel pse. Semus fuit, aut Melchisedecus Noachi filius natu maior, ut statuit Resefeld in Tropb. Hermetico. Hippocrat. p. 92. vel saltem fuit Noachi auditor, Chuse præceptor & scriba, eiusq; liberorum, Isidis & Osiridis Præfectus, sicuti affirmat Otto Heurnius lib. 2. Philos. barbaric. c. 27 tradidit post eum Zoroaster tempore Abrahami, apud eundem Heurnium lib. 2. c. 1. Tradidit deinceps Pythagoras, qui vel Patre Ebraeo natus est, ex sententia Alsted. in Thes. chron. c. 43. vel Judæorū instituta saltem novit & in multis secutus est, uti scribit Josephus l. 1. contra Apion. ac, teste Clemente, Judaico ritu circumcisus est, & docuit tempore capt. vitæ Babylonicæ. Non multo post ex Græcis eam doctrinam etiam tradiderunt Philosophorum Principes, Plato in Timeo & Aristot. cum alibi, tum vel maxime lib. 2. de generat. animalium c. 3. Porro ex patribus Hieronymum, Gregorium, Nyffe-*

Nyssenum, Ambrosium, Lactantium, Cyrillum adducit, eosque creationem animæ statuisse, prolixè satis dicto locò ostendit. Ex Oratoribus Ciceronem prodire jubet, ex Scholasticis omnes tam veteres, quàm recentiores eandem nobiscum fovisse sententiam affirmat. Ex Theologis Pontificios omnes nostræ sententiæ ad stipulari ait, adeò quidem, ut Pererius, creationem animæ, apud Theologos, & in Ecclesiâ Catholica extra controversiam esse, asserere non fuerit veritus. Ex nostratibus plurimos quoque huic sententiæ addictos esse contendit, locò omnium unicum Lutherum adducit, cuius notari merentur verba. Habentur autem *Tom. 7. Jen. lib. de conciliis part. 2. de conc. Ephes. p. 263.* ubi sic scribit: **G**ott und Mensch ist eine Person / ein Christus / ein Sohn / ein Jesus / nicht zwei Person / nicht zweien Christus / nicht zweien Söhne / nicht zweien Jesus / gleich wie dein Sohn / nicht zweien Söhne / zweien Hausen / zweien Schuster ist / ob er gleich zwei Naturen hat / Leib und Seele / **L**eib von Dir / Seele von Gott alleine.

§. 40. Ex hisce liquidissimè constat, nostram de animæ rationalis creatione sententiam, cum restaurato mundo pariter etiam restauratam esse, & ab eo inde tempore habuisse viros summos & optimos quosque qui, isti calculum suum adjecerint, & pro eâ tanquam pro aris & focis pugnaverint; è contra verò sententiam animæ creationem infringere & planè evertere laborantem, in antiquissima Ecclesiâ Catholica, vel planè nullos, vel paucos habuisse ad stipulatores.

§. 41. Neque hætenus rationes solidas, quæ animam rationalem ex aliqua materia aut subjecto produci posse, evincant, videre nobis contigit, ut proinde satis, mirari non possimus, quid moverit hominem, ut impietatis arguat rationibus Philosophicis assensum denegantes, cum, ut dictum est hætenus nec ab ipso, nec ab aliquibus aliis rationes solidæ animæ rationalis productioni subjectum aliquod subterni probantes adduci poterint, ex adverso verò nostra de
crea-

creatione animæ sententia rationibus auitur firmissimis,
quarum quasdam supra §. 9. 10. & seqq. adduximus. Nos im-
presentiarum littori puppim applicamus, reliquas disputa-
toris nostri adsertiones sequenti exercitationi reservantes, in
quâ, si Trinus Deus vitam ac vires concesserit, argumenta
quæ nostræ sententiæ opponi consueverunt, ad veritatis tru-
tinam sumus revocaturi. Tu interim O magne Deus, cœli
terræque conditor unice, studiis nostris, tuo honori & glo-
riæ consecratis, ex alto benedicas, & nos in omni
veritate confirmes!



Fb 3341


ULB Halle 3
001 846 40X



TA-OC

Fb





12. 27

BENE VORTAT!

De

GINE ANI-

TIONALIS

IO PHYSICA

ni opposita.

Quam

Facultatis Philosophicæ
pter Salam Academia

ESIDE

OSPRUTHE-

ippiaco-Guestphalo

m Ian.

do tuericonabitur

IBITIBER SUO-

OCENSIS.

PHILOSOPHORUM

is solitis

ENÆ

RUS FREYSCHMID.

M. DC. LII.